talia: de quibus iudicare permittitur.

De genere autem ciborum. quia possunt bono animo et simplici corde. sine uicio concupiscentiae quaecumque humanam cibi indifferenter sumi. prohibet apostolus iudicari eos qui carnibus uescebantur. et uinum bibebant. ab eis qui se ab huiusmodi alimentis temperabant. Qui manducat inquit non manducantem non spernat. et qui non manducat manducantem non iudicet. X

Ad hoc pertinet etiam illud quod alio loco dicit. Nolite ante tempus quicquam iudicare. quoadusque ueniat dominus qui et illuminet abscondita tenebrarum: et manifestabit cogitationes cordis. Sunt ergo quaedam facta media. quae ignoramus quo animo fiant. quia et bono et malo fieri possunt. de quibus temerarium est iudicare. maxime ut condempnemus. Horum autem ueniet tempus ut iudicentur. cum dominus illuminabit abscondita tenebrarum: et manifestabit cogitationes cordis. XI

Duo sunt autem in quibus temerarium iudicium cauere debemus. cum incertum est quo animo quidque fit. uel cum incertum est qualis futurus sit: qui nunc uel malus uel bonus apparet. Dimittite et dimittemini. date et dabitur uo-

cum inimicis mandauerat. comprehendendo concludit. XII

Mensuram bonam et confertam et coagitatam et supereffluentem. dabunt in sinum uestrum. Huic simile est quod alibi dicit. ut et ipsi recipiant uos in aeterna tabernacula. Non enim pauperes ipsi sed Christus mercedem his qui elemosinam fecerunt redditurus est. Quam tamen in sinum dare dicuntur. quia promerendi illius occasionem dedere. cum uel egentes misere. uel improbe seruientes. fortiorum sunt et tolerati patientia. et beneficio sustentati. et ad ipsam aliquotiens fidem dulci gratia prouocati. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis. remetietur uobis. Et apostolus ad elemosinam corinthios hortans. inter alia dicit. Hoc autem dico. qui parce seminat. parce et metet. Et qui seminat in benedictionibus. de benedictionibus et metet. Potest autem et de omnibus quae mente. manu. lingua gerimus accipi. quia tu reddes singulis inquit secundum opera eorum.

Dominica .v. Secundum Lucam.

In illo tempore: Cum turbae irruerent ad dominum ihesum ut audirent uerbum dei. et ipse stabat secus stagnum genesareth. Et reliqua. Omelia bedae presbyteri de eadem.

License: public_domain – Mechelen, Aartsbisschoppelijk archief Mechelen-Brussel, archief van het kapittel van Sint-Rombouts Mechelen, 439/25, fol. [2] v – Office lectionary (https://fragmentarium.ms/view/page/F-n4it/10569/76772)